Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36647
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Ocium stultitiam labor scientiam gnat. Est autem labor ocium interioris hominis. Est labor ocium exterioris. Labor interioris labor scientiae labor exterioris exercitium operationis. Scientiae labor intra diuidit. i. in labore disciplinae exercitii. doctrinae. In puertia labor disciplinae. in iuuentute exercitii. in senio doctrinae. ut quescit in puertia discat. qui didicit in iuuentute ad usum ducat. quae ad usum dux in senio doceat. Est alius labor interior scilicet cogitationis. meditationis. ut ad requiem pueniat contemplationis. ut si quid pobliuione sub nube dubitationis lateat obscurum. fiat cogitatione liquidum. meditatione liquidius. contemplatione liquidissimum. Cum enim aliquid de celestibus offert memoria mentis pus quasi confusum in cogitatione cernit postea in meditatione discernit. ad ultimum in contemplatione dinoscit. Accendit igitur in cogitatione cogitatio. inflamat discretione meditatio. illuminatur cognitione contemplatio. Est enim cogitatio in mente quasi fumus. in mente meditatio quasi flama cum fumo. contemplatio ignis cum flama sine fumo. Cum autem mens ad considerandam celestia laborat. tunc cogitatio occupatione temporalium impedit. meditatio conturbat ocio. contemplatio curiositate reuocat. sic fit quando quando ut omnis ociosa uolutate torpescat. Cum igitur homo interior iacet in lectulo uoluptatis dum somno torpescit iertie. somniis deludit curiositatis. conuocat. hortatur exterior. ut inclinet aures rumoribus. loquatur uana. mollibus induat. mane comedat. gallus cene terminet lectionem. euntibus dormitum surgentes aduigilias obuient fratribus. uigilantibus illis dormiant. redeuntibus surgant. Sed melius forsitan etiam si nichil diceret quam si subtractis syllabis aut dictionibus osciando psalmos decantaret. Hec est tarditas ociosorum. qui nichil opant ad horam. sed semper comitant moram. Hii sunt qui expectant cum asino nec ascendunt cum ysaac immolatum portantes paleas. stimulum que ad asinum punet non ignem. gladium que punet ad sacrificium. Ait enim abraam ad pueros